



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput trigesimum tertium. Jesus venit in Galilaeam, & Capharnaum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

PROPOSITIO IX.

animalium, & Seniorum, & erat numerus eorum millia millium, dicentium voce magna, Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & divinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem.

CAPUT XXXIII.

Jesus venit in Galileam & Capharnaum.

ISA. 9. 1, 2. Primo tempore alleviata est terra Zabulon, & terra Nephthali: & novissima aggravata est via maris trans Jordanem Galilae gentium: populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnam, habitantibus in regione umbre mortis lux orta est eis.

MATTH. 4. 12, & seq. Cum autem audisset Jesus quod Johannes traditus esset, secessit in Galileam; & reliqua civitate Nazarei venit, & habitavit in Capharnaum maritimam, in finibus Zabulon & Nephthalim: ut adimpleretur quod dictum est per Iosiam prophetam, Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilea gentium, populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, & sedentibus in regione umbre mortis lux orta est eis.

CAPUT XXXIV.

Jesus inter homines frequenter versatur.

PROV. 8. 31. Delicia mea esse cum filio hominum.

ISA. 7. 24. Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel.

ISA. 12. 6. Exulta & lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israël.

BAR. 3. 38. Post hec in terris vijus est, & cum hominibus conversatus est.

SOPH. 3. 15. Rex Israël Dominus in medio tui, non timebis malum ultra.

AGG. 2. 5, 6. Ego vobis sum, dicit Dominus exercituum; verbum quod pepigi vobis, cum egredieremini de terra Aegypti: & spiritus meus erit in medio vestrum; nolite timere.

MATTH. 1. 22, 23. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicens, Ecce Virgo in utero habebit, & pariet Filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Dens.

MATTH. 28. 20. Ecce ego vobis sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi.

JOH. 1. 14. Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis; & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre; plenum gratiae & veritatis.

CAPUT XXXV.

Jesus concionator, doctor, & magister.

PSALM. 2. 6. Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, predicans preceptum ejus.

PSALM. 21. 23. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesie laudabo te.

PSALM. 39. 10, & seq. Annuntiavi iustitiam tuam in ecclesia magna; ecce labia mea non prohibebo; Domine, tu scisti: iustitiam tuam non abscondi in corde meo, veritatem tuam & salutare tuum dixi: non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam a concilio multo.

MATTH. 4. 17, 23. Exinde caput Jesus predicare & dicere, Pœnitentiam agite, approximauit enim regnum calorum Et circuibat Jesus totam Galileam docens in Synagogis eorum, & predicans Evangelium regni. Et 5. 1, & seq. & 7. 29. & 9. 35. & 11. 1. & 13. 54. MARC. 1. 14, & seq. & 1. 21, 22. & 1. 38, 39, 45, & 2. 13. & 4. 1. & 5. 20. & 6. 2, 34. & alibi saep. ET LUC. 4. 15. & 5. 3, 17. & 6. 6. & alibi saep. ET JOH. 6. 60. & 7. 14, 18. & 8. 1, 20.

Matth.